



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

4. Quomodo illi Gentilium sacerdotum priuilegia violantes, diuinitus puniuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

blasphemæ ciuitatis, hostibus fuisse permiffum, eodem tempore clariffima vrbis loca fulminibus diruta sunt, quæ inflammari ab hostibus nequiverunt.

Plinius de viris Illustrib. & Alexand. libr. 2. cap. 14. Gentilium sacerdotum privilegia violantes diuinitus puniuntur.

CAP. IIII.

POtitij Herculis sacerdotes, qui ex clariffima familia ad ea sacra vocati, extis solennibus sustentabatur, multis post tempestatibus antistites templi sacris & coemomnijs præfuerunt, donec sublata Potitia gente, seruis publicis data sunt. Appius enim Claudius censor cùm esset, sublata Potitiorum gente, seruis quos docuerat, sacra delegauit: quapropter luminibus captus est.

Ioannes Zonaras tom. 1. Annalium ex cap. 16. Numeror. De horrendo interitu Cora & faciorum eius, Moyfi & Araoni, sacerdotibus à Deo ordinatis, rebellantibus.

CAP. V.

ISraelitis in deserto exulãtib, & necdum terram diuinitus illis promissam ingressis, orta est populi seditio huiusmodi ex *Corana seditio.* causa. Coras Leuiticæ tribus homo, genere & opibus maximè conspicuus, auræ popularis captandæ insignis artifex, inuidet Moyfi, & contra eum vociferatur, vt tyrãnum. Nam quæ, inquit, ratione Aaroni, eiusque filijs sacerdotiũ attribuitur? si ob tribum Leuiticam, ego sum il-